

torum domibus insidentem plurimis scio non fuisse feralem. Volat nunquam quo libuit, sed transversus auferitur. Capitoli cellam ipsam intrauit Sex. Papellio Istro, L. Pedanio C O S S. propter quod nonis Martij's urbs lustrata est eo anno.

De incendiaria aue. CAP. XIII.

Inauspicata est & incendiaria auis, propter quam sæpenumero lustratã urbẽ in annalibus iuenimus, sicut L. Cassio, C. Mario C O S S. quo anno & bubone uiso lustrata est. Quæ sit auis ea, nec reperitur, nec traditur. Quidã ita interpretatur, incendiariã esse quacũq; apparuerit carbonẽ ferens ex aris uel altari bus. Alij spinturnicem eam uocant: sed hæc ipsa quæ esset inter aues, qui se scire diceret, non inueni.

De cliuina. CAP. XIII.

Cliuinã quoq; auem ab antiquis nominatã animaduerto ignorari. Quidã clamatoriã dicunt, Labeo prohibitoriam. Et apud Nigidium subis appellatur auis, quæ aquilarum oua frangat.

De aibus incognitis. CAP. XV.

Sunt præterea complura genera depicta in Hetrusca disciplina, seculis non uisa: quæ nunc defecisse mirum est, cum abundant etiam quæ gula humana populatur.

De aibus nocturnis. CAP. XVI.

Externorũ de augurijs peritissime scripsisse Hy-las noie putatur. Is tradit noctuam, bubonẽ, picũ arbores cauantẽ, trogonẽ, cornicẽ, à cauda de ouo exire: quoniã pòdere capitũ peruersa oua, posteriorẽ partem corporũ fouendam matri applicent.

De noctuis. CAP. XVII.

Noctuarũ contra aues solers dimicatio. Maiore circũdata multitudine, resupina pedibus repugnãt, collectaq; in artũ, rostro et unguibus tota teguntur. Auxiliatur accipiter collegio quodã nature, bellũq; partitur. Noctuas sexagenis diebus hymis cubare, & nouem uoces habere tradit Nigidius.

De pico martio. CAP. XVIII.

Sunt & parue aues uncorũ unguũ, ut pici, martio cognomine insignes, et i auspicijs magni. Quo in genere arborũ cauatores, scãdentes in subretum felium modo, illi uero et supini, percussi corticis sono, pabulum subesse intelligunt. pullos in canis educant anium soli. Adactos cauernis eorum à pastore cuneos, admota quadam ab his herba elabi creditur uulgo. Trebius autor est, clauum cuneumue adactum quanta libeat ui arbori in qua nidum habeat, statim exilire cum crepitu arboris, cum incederit clauo aut cuneo. Ipsi principales Latio sunt in augurijs, à rege qui nomẽ huic aui dedit. Vnum eorũ præscitũ trãfire nõ queo. In capite prætoris urbani L. Tuberonis in foro iura pro tribunali reddẽtis, sedit ita placide, ut manu præbenderetur. Respondere uates, exitiũ imperio portendi si dimitteretur, at si exanimaretur, prætori. Et ille auem protinus cõcorpfit: nec multo post impleuit prodigiũ. Vescuntur & glande in hoc genere, po-

misq; multa, sed quæ carne tantum non uiuunt, excepto miluo: quod ipsum in augurijs dirum est.

De uncos ungues habẽtib. & digitos. CA. XIX.

Vncos ungues habẽtes oĩno non congregãtur, & sibi quæq; prædantur. Sunt autem oēs fere aliuole præter nocturnas: et magis maiores. Omnibus alæ grãdes, corpus exigũ. Ambulant difficulter. In petris raro consistunt, curuatura unguium prohibente. Nunc de secundo ordine dicamus, qui in duas diuiditur species, oscines & alites: illarum generi cantus oris, his magnitudo differentiam dedit. Itaque præcedent & ordine.

De pauonibus, & quis eos primus cibi causa occiderit. CAP. XX.

Omnesq; reliquas in his pauonũ genus: cum forma, tũ intellectu eius & gloria. Gẽmantes laudatus expandit colores aduerso maxime sole, quia sic fulgẽtius radiãt. Simul umbræ quosdã percussus ceteris, qui in opaco clarius micant, conchata querit cauda: oēsq; in acerũ cõtrahit pennarũ, quos spectari gaudet oculos. Idẽ cauda annuis uicibus amissa cum folijs arborum, donec renascatur iterum cum flore, pudibundus ac mœrens querit latebram. Viuit annis xxx. Colores incipit fundere in trimatu. Ab autoribus non gloriosum tantum animal hoc traditur, sed & maleuolum, sicut anser uerecundum: quoniã has quoque quidam addiderunt notas in his, haud probatas mihi. Pauonem cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortensius, aditali cœna sacerdotij. Saginare primus instituit circa nouissimum piraticum bellum M. Aufidius Lurco, ex quæ questu reditus sestertium sexagena M. habuit.

De gallis, & quomodo castrentur, & de gal-linaceo locuto. CAP. XXI.

Proxime gloriã sentiunt et hi nostri uigiles nocturni, quos excitãdis in opera mortalibus, rumpendoq; somno natura genuit. Norũt sidera, & ternas distinguunt horas interdũ cantu. Cum sole emittunt cubitũ, quartaq; castresũ uigilia ad curas laboremq; reuocant. Nec solis ortum incautus patiuntur obrepere, diemq; uenientem nunciant cantu, ipsum uero cantum plausu laterũ imperitant suo generi, & regnum in quacumq; sunt domo exercent. Dimicatione paritur hoc quoque inter ipsos, uelut ideo tela agnata cruribus suis intelligentes: nec finis sæpe cõmorientibus. Quod si palma contingit, statim in uictoria canunt, seq; ipsi principes testantur. Vinctus occultatur silens, ægrẽq; seruitium patitur. Et plebs tamẽ æque superba graditur ardua ceruice, cristis celsa: cœlumq; sola uolucrum aspicit crebro, in sublime caudam quoque falcata erigens: itaque terrori sunt etiam leonibus ferarum generosissimis. Iam ex his quidam ad bella tantum & prælia assidua nascuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt Rhodum ac Tanagram. Secundus est honos habitus Melicis ac Chalcidicis, ut plane dignæ aliti tantum honoris præbeat Romana purpura.

l ij Horum